

Cod. CCXXXIV. n. 1.

93

nunciatio edita per egregium doctorem Sa-  
 cre theologie et reverendissimum magistrum  
 thomam de haselpach pro tunc excellentem  
 plebanum in gerichtoltsdorf anno domini  
 M<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> xlii<sup>o</sup>. De eodem opere vide  
 Sec: I. Script: Univ: Vienn: p. 157.

Hec excipiunt theses, seu propositio-  
 nes theologicæ variorum magistrorum vien-  
 nensium breviter ventilatæ.

Cod. CCXXXIV.

Chartæ: 4. Sec: 13

1. Fol: 1<sup>o</sup> 2342  
77

Vincentii Gruner  
 expositio in  
 sacrum missæ

Vincentii Gruner expositio in sacrificium Mis-  
 sæ. Sine inscriptione incipit prohemium: "Reve-  
 rendi patres et domini Cogitanti mihi cre-  
 brius ac diligenti indagare diebus multis ac  
 noctibus in armario mentis mee revolventi  
 quid laboris, quidve utilitatis profelici in-  
 cremento novelle plantacionis illustrium  
 principum duorum marchionum michsensi-  
 sum videlicet alme nostre universitatis lib-  
 scensu facere possem". etc. Operis, quod tribus  
 absolvitur libris initium est: "Ad honorem  
 benedictæ et individue trinitatis". In cal-  
 ce legitur: "Laudetur spengera cum matre  
 sua illibata". Explicat sacra missæ officii,  
 cum per manus Johannis de Weytra Sabar,  
 anno domini 1438 in sexta feria post festum  
 agnetis. Eiusdem operis meminit Graun  
 in Not: Ms: Vol. III. p. 133, quem tamen  
 auctor fugit.

Vincentius Gruner patria Euvicxaviensis,

94.

Cod. CCXXXIV. n. 2. 3.

Doctor Pagenis, cujus precibus Fridericus dux  
Scllicopus, et postea Elector Saxonica funda-  
vit Academiam Lipsiensem a<sup>o</sup> 1409. ejus-  
dem Academiae Rector erat a<sup>o</sup> 1410. Vide In-  
themiam script: eccl: cap: 726. Maden Cen-  
turiam script: cap: 27. Georg: Fabric: Saxon:  
illustr: L: 7. p: 684.

2. Fol. 237<sup>a</sup> - 237<sup>b</sup>

S. Bernardi epi-  
stola de cura  
rei familiaris  
ad Raymundum.

S. Bernardi Epistola ad Raymundum, domi-  
num castri S. Antonii de cura rei fami-  
liaris. Inscriptio est: "Incipit epistola beati  
Bernardi de cura rei familiaris." Incipit: "Gra-  
tias, et felici miti Raymundo domino ca-  
stri S. Antonij Bernhardus in servum de-  
ditur salutem in domino. Doceri petisti a  
nobis de cura et modo rei familiaris utili-  
tus gubernanda." Hujus epistola inter  
Opp: S. Bernardi leve deprehendi vestigi-  
um; dicit enim Mabillonius Vol. II. Col. 824  
in nota: "Haec epistola tam indigna est  
nova luce, quam Bernardo auctore. An  
autem sit Bernardi Siloestris - alii vi-  
derint."

3. Fol. 240<sup>a</sup> - 259<sup>a</sup>

Expositio pas-  
sionis domini,  
1 ca.

Passionis dominicae expositio. Incipit:  
"Egressus Jesus trans torrentem Cedron per  
octa<sup>2</sup> Jam capud egrotat cetera mem-  
bra dolent."

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 234

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 95.

Cod. CCXXXIV. n. 4. 5.

95.

A. Fol. 259<sup>r</sup> - 278<sup>v</sup>

Glosa in passio-  
nem dominicam.

Glosa in passionem dominicam. Rubrica est: Incipit passio per allegaciones doctorum et evangelistarum. Nimirum loca Evangelistarum parallela junguntur additis variarum interpretum expositionibus. Initium est: "Venit autem dies azymorum". In calce additur: "Hic est finis passionis cum allegacionibus doctorum et cum concordancia evangelistarum."

5. Fol. 282<sup>r</sup> - 289<sup>v</sup>

Joanis de Palomari  
Solutio quaestio-  
nis de comu-  
nicatione sub utraque  
specie.

Titulus est: "Solutio quaestionis domini auditoris missi a concilio basilicensi contra hereticos pragenses specialiter archiheretici nomine Roxuzan sub anno domini m<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> xxxi. / 1431." Incipit: "Interrogasti me an comunico sub utraque specie per se naturaliter sit bona. Scriptum hoc esse Joannis Palomarii, qui apostolice palatii auditor et concilii basilicensis ad Bohemos legatus extitit, ex iis certum sit, quae habentur lib. I. Script. Univers. Vienn. p. 103. Legg. ubi etiam nostra solutionis mentio invenitur ex Cod. ms. Bibl. Acad. Vienn."

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 234

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27587](https://manuscripta.at/?ID=27587)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)